

Defensorium curatorum



Defensorium curatorum contra eos qui priuilegiatos se dicunt;

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.
Incipit propositio ricardi archiepi armachani primatis ybernie facta in consistorio coram dno papa et dominis cardinalibus ac prelati ad utilitatem cleri et populi christiani super materia mendicitatis ac priuilegiorum contra fratres de ordinibus mendicantium quibus cumque apud auinionem octaua die mensis nouembrii anno dni millesimo tricentesimo quinquagesimo septimo. Cuius quidem propositionis thema fuit hoc Nolite iudicare secundum faciem sed secundum iustum iudicium iudicate. Iohannis septimo capitulo Pater sanctissime In principio mei sermonis pretestor quod non intendo aliquid asserere aut temere affirmare quod fidei obuiet christiane aut doctrine catholice quod etiam non est intentionis mee destructionem seu quassationem ordinum medicantium approbatorum ab ecclesia aut a summis pontificibus confirmatorum expetere; aut etiam suadere. Sed potius suadebo ipsos ordines debere reduci ad puritatem sue institutionis primarie semper sanctitatis Vestre correctioni paratus. Et ut ad materiam meam statim descendam ecce pater sanctissime accedens londoniis pro mee ecclesie armachane quibusdam negociis doctores aliquos satis doctos super mendicitate et mendicatione christi dñi saluatoris nri ex aduerso reperi discipulatos. Et sepius inuitatus ut populo predicarem septem aut octo sermones ibi protuli in vulgari et sub pretestatione prescripta in publico nouem conclusiones expressi propter quas et que tunc dixi fratres ad istam sanctam sedem licet frivole appellatunt. Prima conclusio hec erat quod dominus iesus christus in sua conuersatione humana semper pauper erat. non quia propter se paupertate dilexit aut voluit. Secunda fuit quod dominus noster iesus christus nunquam spontanee mendicauit. Tercia erat quod christus nunquam docuit spontanee medicare. Quarta conclusio erat siue quartus articulus quod dominus noster iesus christus docuit non debere hominibus

25

haberetur. Unde septa conclusio materie huius erat q̄ non
est regula fratrum minorum mendicantem spontanea ob
seruare. hec occulta fide poterit suaderi per hoc q̄ in regula
et in testamento sanctus franciscus suis franciscis indistin
cte mendicationi prefert laborem. Item rationes conclusi
onum precedentium istam probant. Ut illas principio hoc ad
iecto q̄ regula ipsa est sancta q̄ principaliter asseritur et p
batur. ca. Ep̄uit supra d. Septima conclusio huius materie
erat q̄ bulla dñi alexandri quarti que libellum magistro
rum condemnat nullam premissarum conclusionum im
pugnat. hec taliter suadetur q̄ dñs iohannes Vicesimus
quartus in constitutione sua quia quorūdam dicit expresse
q̄ dominus nicolaus tertius illam bullam et omnes litte
ras predicti alexandri quarti quantum ad omēs articulos
quos sua declaratio continet reuocauit. Constat autem q̄
paupertatem fratrum minorum quam arcta esse debeat ni
colaus tertius declarauit quam fratres mendicantem in
telligunt. Item constat q̄ dominus nicolaus de fratrum
labore declarat et etia in de predicatione non facienda in epi
scopatu alicuius epi ubi fratribus fuerit contradictum: et
ergo quo ad istos articulos bulla dñi alexandri et nicolai
quassata. nec in ipsa bulla recordor aliud quidq̄ esse qd̄ ali
quam premissarum conclusionum infirmet. Dicerem mul
ta plura obiciendo contra mea propria dicta et respondedo
et premissa que dixi amplius solidarem sed sanctitate ve
stram et dominorum meorum reuerentiam satis Dexani.
Unde concludo et humiliter ac deuote depono q̄ super his
sive supra materiam primam per me tactam iuxta petiti
onem quam feci. Nolite iudicare secundum faciem. sed iustu
iudicium iudicate.

Deo gratias.

d. l.